



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Concilium Placentinum Adversus Anacletum Pseudopapam celebratum
anno MCXXXII. sub Innocentio papa secundo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

INNOCENTIVS C. PLACENTIVM. LOTHARIVS II^S
P. II. IMP.

ANNO CHRISTI
M. C. XXXII. sub Innocentio papa
secundo.

CONCILIVM PLACENTINVM
ADVERSVS ANACLETVM PSEVDOPAPAM
celebratum anno M CXXXII. sub Innocentio papa
secundo.

NOTA.

* *Concilium.*] Petrus Cluniacensis lib.3. epistolarum meminit huius Concilii breuiter tantum his verbis : *Recedens Gallia Innocentius, venturus Romam, transiens per sanctum Egidium, & per montem* Genue, fines Longobardia intravit, & apud Afram solennitate resurrectionis dominica celebrata, Placentiam venit. Ibi inuocatis episcopis, & aliis ecclesiarum prelatis, tam de Longobardia, quam de Ravennatensi prouincia, & marchia inferioris partis, tertium Concilium celebrauit.* Ad haec peragenda multum temporis insumptum esse dubitare nemo potest. Ad consolidandam enim titubantem ecclesiam cisalpinam, Concilium ab Innocentio papa habitum, & ibi diutius immoratum oportuit. Porro huius Concilii non nisi hanc tantummodo breuem mentionem inuenire potuimus.

ANNO CHRISTI
M. C. XXXIV. tempore Innocentii papæ secundi.

CONCILIVM PISANVM
CONTRA PSEVDOPAPAM INDICTVM
anno Domini M CXXXIV. tempore Innocentii papæ secundi.

NOTA.

* *Concilium.*] De hoc ista Bernardus abbas Bonaeuallis in vita san- Vita sancti Bernardi, lib. 2. cap. 2.
eti Bernardi : *Innocentius rursus Pisas reueruit, ibique aggregatis to-
tius occidentis episcopis, aliisque religiosis viris, magna gloria Synodus
celebratur. Adjuit per omnia & consilii & iudicis & definitionibus om-
nibus sanctus Bernardus abbas, impendebaturque ei reuerentia ab om-
nibus, & excubabant ante eius limina sacerdotes, non quod fastus, sed
multitudo communem prohiberet accessum : & aliis egredientibus alii in-
troibant, ita ut videretur vir humilis, & nihil sibi de his honoribus arro-
gans, non esse in parte solitudinis, sed in plenitudine potestatis. Actio-
nes Concilii longum est prosequi, summa tamen in excommunicatione
Petri, & irregressibili fautorum eius deiectione constitit, & usque ho-
die hac sententia perseverat. Hæc tantum ipse de tam magno Con-
cilio.*

Res in hac Synodo gestas Robertus continuator Sigiberti pau-
cissimis verbis hisce commemorat : *Petro, antipapa, ob parentele sua
fortitudinem apud sanctum Petrum commorante, Innocentius Roma
Concil. Tom. 27.*